

VITALIANI REGIS
POSTERITATI NOBILIORIS REGNI
AUSPICATIO

Quo' quo aestuosi Filia turbinis,
Vertigo rerum pessima, & AEmulae
Noverca Virtutis, Beato
Par generi diadema transfers?
Huc caeca mentem dirige: rectius
Vitaliani regna quis occupet,
Quam susa Virtus in nepotes
Imperijs nimis apta Virtus?
Errata tandem corrige, dum licet;
Huc uno honores agmine confluant,
Hic hic tiaras, hic licebit
Regna iterum bene collocare.
Scd heu' sonanti littore surdus
Numen fatigo; seruit inertiae
Fortuna veccors, & Deorum
Sacrilego terit orbe alumnos.
Impar ferendis illa gigantibus
Ignava tantum nomina sustinet,
Vitaliani nec trophaeis
Sufficiens, onus cxeatur.
Assurge Virtus. Te te adamantinae '
Proterua Divae crimina prouocant,
Tu cogere rufus in nepotes,
Qui;uid Aus fuit invidendum Hinc hinc Camaenis hinc sapientiae Crefant
labores; suffice adorea,
Quas fors rcuifens BORROMAEIS Regna iterum nouet in GIGERTO.

Alexander Maria Vicecomes Acad. Animosus.